

## COLLOQUIUM DE SECURITATE MUNDI AMBIENTIS INTEGRATA ANNO 2019

Bernhard SCHWAIGER

INTEGRATED SAFETY OF THE ENVIRONS

INTEGRATED SAFETY OF ENVIRONS '2019

PRAEFATIO

Societatis humanae emolumentum cum effectibus continuatis postulat adaptationem actionum socialium oeconomicarumque, non solum de mundo ambienti ubi directo agitare queunt. Oportet observare relationes in contextu largiori interdum totum orbem terrarum amplectentes. Hominibus in vita et in actionibus socialibus oeconomicisque necessaria sunt optima circumiacentia secundum notiones quam amplissimas. In eis comprehenduntur non solum spatium vitae quotidianae hominum singulorum atque civium omnium sed etiam spatia laboris, urbium, provinciarum, systematum oecologorum, culturalium, socialium. Omnia semper inter se referri patet.

Solum inter fontes fundamentales numeratur. Soli magnitudo in omnibus terris haud infinita est, inde usus continuus arearum iam urbanizarum magni momenti est. In contextu emolumentum urbani cum effectibus continuatis saepe mentio fit de salutari regeneratione novalium apud fabricas desertas sitorum, antequam viridaria intacta laedantur. Itaque urbium incrementum nimium refrenatur. E natura emolumentum cum effectibus continuatis debet praestari observatio perpetua complexuum industrialium pristinum saepe contaminatum. Modi iuridici pecuniarii adhibeantur ad renovationes necessarias moderandas. Indagatio evolutioque technologiaram biochoribus gratarum necnon praxis administrativa benigna instituantur. Ea de causa cooperationes bonae inter homines publicos et privatos gravitudinis ingentis sunt.

Decenniis elapsis prodigio emolumentum dynamici oeconomicique in regionibus sunt incrementum urbanum non naturale et habitationes quocumque sine sufflamine expandentes. Aedes commerciales saepe in viridariis eriguntur, quo facto spatia libera perduntur. Immo territoria antea industriae quaestuosae servientia, pollutioni valde subiecta, relinquuntur vel partim solummodo porro usurpantur. Ea novalia industrialia (quae Angli "brownfields" vocant) sortem certam habeant; eorum usus rarus ob puritatem incertam. Campi autem nigri (Anglice: "blackfields") ita contaminati sunt, ut usus salutis humanae et systemati oecologico nocivus sit. Sic nuncupantur territoria alia, quarum purificatio et temporaliter et pecuniarie nimis sumptuosa esset. Renovatione peracta obstacula nova apparentur.

Quaestiones onerum e biochoribus ortorum maximi momenti sunt in pugna ad emendandum statum mundi ambientis vulnerati, quarum solutio opes multas exactura est. Procedemus sensim et passibus perpauculis ad pollutionem in aqua subterranea, in solo, in saxis vincendam, procedemus ad substantias nocivas eradicandas. Scopus principalis erit, ut sanitas tam hominum quam rerum circumiacentium efficiatur qualitate vitae aucta.

Opulentia regnante et areis industrialibus crescentibus ergasteria depravata remonentur sine usu aedificiorum caducorum, sine fructibus e campis. Id quasi initium onerum diversorum oecologorum variis in terris. Apud officinas pristinas praesertim agitur de pesti chemica et de incommodis propter capsulas rimas ducentes, cisternas veteres, casus infelices varios. Aedificia deserta in areis urbanis et ruralibus testimonium perhibent de temporibus mutatis et de inertia humana in rebus amovendis. Vivificatio et renovatio valoris oeconomici arborum aedificiorumque in longinquum erit et municipiis sumptus multos gignet. Aditus systematicus et visio in exempla positiva iuvent, ut moles mox in commoda - quod attinet ad competitionem commercialem - mutantur

expedianturque.

Difficultates multigenae sunt, quorum pericula neglegi non debent. Nonnulla discrimina incolis et systemati oecologico nocentia vel territorium ipsum destruere possunt. Quamobrem ubique instituta vitam sociale moderantia idonee actiones sociales oeconomicasque secundum principia de circumiectorum protectione disponant. Apparet homines singulos quoque consuetudines secundum principia citata accomodare debere. Ad ea in praxi implenda instrumenta varia et oeconomica et iuridica et educatoria et inforatoria et administrativa et institutoria uti fas est. Annis elapsis praeconium sic dictorum instrumentorum voluntariorum fecerunt. Biochorium emendatio impeditur, quando fabricatione consumptioneque fontium naturalium abusus augetur. Cum et fabricatio (quae vix sisti potest) et consumptio valde necessariae sint ad attingendos scopos emolumenti cum effectibus continuatis, mutationem consequamur in formulis confectionis et in rationibus consumptionis oeconomia non claudicante. Unio condicionum istarum iam attenditur a politicis aetatis novae, qui instrumenta regulatoria (legiferorum) istis instrumentis voluntariis supplent.

Disputatoribus de Securitate mundi ambientis integrata anno 2019 congregatis suggestum aptum praebetur ut periti, sodalitates scientificae, regimen magistratus, publici administratores informentur. Insuper eis detur facultas opinionum mutandarum quod attinet ad quaestiones de cautionibus novis in favorem naturae ambientis adhibendis.

## **CONTACT ADDRESS**

**Bernhard SCHWAIGER**

Radio F.R.E.I., Erfurt, Bundesrepublik Deutschland